



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

158. De detractoribus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Addit. 1 v.
c. 48.
Burchard. lib.
2. c. 175.

acerrimè objurgandum. Si perstiterit in vitio,
excommunicandum.

De convitiosis vel maledicis.

CLVI. Si quis convitio vel maledicto vel etiam crimine subjecto læserit aliquem, dignissima purgetur satisfactione. Si hoc vitium iteraverit, pœnitentia justissima secundum modum culpæ expietur.

De eadem re.

Burchard. lib.
10. c. 51.

CLVII. Apostolus dicit: *Neque maledici regnum Dei possidebunt.* Si quis hoc peccatum admiserit, tam grande pœniteat quàm grande perpetravit scelus, quod à regno Dei separat.

De detractoribus.

Burchard. lib.
10. c. 63.

CLVIII. Si quis promptus facilisque est ad detrahendum, dicensque quod verum non est, septem dies in pane & aqua sequestratus à fraterno consortio pœniteat.

De contentiōibus vel rixis.

Burchard. lib.
10. c. 62.

CLIX. Si quis contentiones vel rixas amaverit, vel manifestum convitium fratri intulerit, juxta arbitrium Prioris tamdiu pœniteat quàm diuturna expietur pœnitentia.

Vnde supra.

Burchard. lib.
10. c. 53.

CLX. Qui contentiosus aut murmurans extiterit, secundum arbitrium Prioris tamdiu pœniteat quandiu culpæ qualitas extat.